Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26110
Copyright: Admont, Benediktinerstift



18

sci mundum iudicabunt. Et si in uobis iudica
tur mundus indigni estis iudiciorum minimorum.
Nescitis quia angelos iudicabimus. nedum se
cularia. Sæcularia igitur iudicia si habueritis inter
uos. eos qui contemptibiles sunt in ecclesia ut collo
cate ad iudicandum. Ad reuerentiam uobis lo
quor. sic non est inter uos quisquam sapiens
qui possit inter fratrem suum diiudicare. sed frater
cum fratre diiudicatur. et hoc apud infideles.
Interpellatus ergo a xpianis tacuitque sectæ
hominibus causas audiebat diligenter. ac pie
cuiuscta sententiam ante oculos habens di
centis se malle inter incognitos quam inter
amicos causas audire. eo quod deincognitis
pro quo arbitra equitate iudicaret amicum
posset adquirere. de amicis uero unum esse
contra quem sententia proferret. perducturus ea
cas aliquando usque in horam refectionis. aliquan
do autem tota die ieiunans semper tamen nosceba
et dirimebat. intendens in eis xpianorum
momenta animorum quantum quisque in fide
bonisque moribus proficeret. et ab his deficeret.
atque conpertis rerum opportunitatibus diuinæ
legis ueritate partes doceba. eaque illis meul